



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis  
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz  
Toletani è Societate Iesv**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

§. 5. De Puritate cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46634)

62 DE VIRTUTE FIDEI.

cognoscendum, amandū, & diligendum creasti, miserere, obsecro, mei, & vincula amoris sæculi rūpe, & catenas concupiscentiarū, quibus illigor, tua immensa potestate dissolue, vt te bonum vnicum meum sitiam, & ob euentia bona, nunquā à te, omnium bonorum authore, discedam. Amen.

De Puritate cordis §. V.

D. Thom.  
2.2 q.7.  
art.2.

**P**uritas cordis est cogitationū, affectionū, sermonū, operumq; munditia. Ad iugitur fidei, quoniā impuritas in hoc consistit, vt Thomas ait, quòd res aliqua vilioribus immiscetur. Per fidem autem anima cū Deo inhæreat, sicut per iustitiæ principium fit, vt à rebus terrenis separetur, vnde & quod pura ab earum cōtagione subsistat. Et ideo ait Petrus in Actis: *Fide purificans corda eorum: & Paulus: Sanctificatus est vir infidelis per mulierem infidelem, &c.*

Actor. 15.  
9.  
1. Cor. 14.

Incitamenta ad puritatem cordis sunt I. Munditia corporis & vestimentorum, homini eam curanti, est iucunda, & salutaris, & alijs cum eo  
con-

conuersantibus existit gratissima, ergo multò magis mūditiā cordis. Hęc enim morsus & increpationes cōscientiæ tollit, quæ internam iucunditatem auferunt: peccata reijcit, quæ animæ sanitatem tollunt, & Deum ac Angelos ad animæ puræ amorem inuitat.

II. Puritas cordis oculos aperit mentis, vt Deū contēplari possit. *Nā Matth. 5. beati mundo corde, quoniam ipsi Deū & videbunt.* Et sicut sol nubibus nō impeditus, hęc inferiora illuminat, & calore fouet: ita sol iustitię, Christus, animam per cordis puritatem ab affectibus mundā sapientia illustrat, & calore diuini amoris viuificat.

III. Mouet exemplum Christi, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Quique dicitur *1. Petri.* candor lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis illius.

Actiōnes puritatis cordis sunt: Amorem rerū visibilium, vt honorum, diuitiarum, voluptatum, deponere.

II. Affectum nimium erga seipsum, & erga

64 DE VIRTUTE FIDEI.

& erga vitam hanc, & salutem temporalem, abijcere.

III. Cogitationem à malis & vanis apprehensionibus emundare.

IV. Immunem se à peccatis, tum grauibus, tum leuibus, custodire.

V. Mète Deo & cęlestibus inhęrere.

Postulatio puritatis cordis. Domine Iesu Christe, exemplar puritatis, & fons vniuersę munditię, cuius sanguis emundat nos ab omni peccato: impuritatem nostram, qua terrenis cupiditatibus immiscemur, & tibi displicemus, expelle, nosque cogitatione, affectu, & operatione purifica, vt tibi intellectu, affectu, & imitatione inhęrētes, qui nostra mūditiā es, & terreni hominis imaginem deponentes, cęlesti pulchritudine decoremur. Amen.

DE VIRTUTE

*Spei.*

CAPVT IV.

**S**PES immediatē sequitur Fidē, nam ea quę fide credimus nempe, posse nos ad æternam beatitudi-